

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Collectarius benedictinus - Cod. St. Blasien 1

Fidelis <Pater>

**[Südschwarzwald, Sankt Blasien], [Ende 17. Jahrh.;
Supplementum von 1762]**

Fidelis Fauler (St. Blasien): Supplementum

[urn:nbn:de:bsz:31-46337](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-46337)

SUPPLEMENTUM

P.F.F.

Die xix Januarij.

S. Pauli Erem. C. Orat. Deus qui nos. *De Com. Conf. non Pont.*

Die xxiii. Jan.

S. Ildephonsi E. C. Oratio.

DEUS, qui per gloriosissimā Filij tui Matrem beatum Ildephonsum Confessorem tuum atque Pontificem, misso de thesauris cœlestibus munere decorasti: concede propitius; ut per ejus preces & merita munera capiamus aterna. Per eundem Dominum.

FESTA FEBRUARIJ.

Si contingat transferri

FESTUM PURIFICAT.

Beatae Mariae Virginis.

IN II. VESPERIS.

ANTIPHON.

Simeon justus.

Responsum accepit Si-

meon.

Accipiens Simeon.

Obtulerunt.

M.DCCCLXII.

40

Capitulum & Oratio ut supra.
Antiphona ad Magnificat.

Hodie.

Die IV. Februarij.

S. Agathonis Papæ & Conf.
& Amavit.

oratio.

Pateant aures misericordiae tuae, Domine, precibus supplicantium: & continuis tribulationibus laborantes, intercedente beato Agathone Confessore tuo atque Pontifice propitius respirare concede. Per Dominum.

Die VI. Februarij.

S. Adelelmi Abbatis.
& de Com. Conf. non Pont.

oratio.

DEUS, qui nos beati Adelelmi Abbatis praclaris virtutum exemplis erudiri voluisti: concede propitius; ut quod te donante, devote promissimus, ejusdem patrocinio fideliter adimplere valeamus. Per Dominum.

Die VII. Februarij.

S. Romualdi Abb. Orat. *Intercessio. de Com. Abb.*

Die VIII. Februarij.

S. Laurentij Episc. & Conf.
Orat. Da quaesumus. de Com. Conf. Pont.

Die IX. Februarij.

S. Apolloniae V. & M. Orat. *De, qui inter cætera. de Com. Virg.*

Die x. Februarij.

INFESTO
S. SCHOLASTICÆ
Virginis.

In utrisque Vesperis.

V. Quæ est ista, quæ ut nubes volat.

R. Et quasi columba ad fenestras suas.

Ad Magnif. Antiph.

Dedit mihi Dominus.

Die xi. Februarij.

SS. Soteris &c. Virg. & Mart.

V. Adducentur Regi Virgines post eam.

Oratio.

DA nobis, quaesumus Domine, sanctarum Virginum & Martyrum tuarum Soteris, Benedictæ, Floræ, Maximinæ, & Purissimæ palmas incessabili devotione venerari: ut quas dignamente non possumus celebrare; humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per Dominum.

Die xiii. Februarij.

S. Guilielmi Conf. Orat.

Adesto. de Com. Conf. non Pontif.

Die xviii. Februarij.

S. Gregorij II. Papæ & Conf.

Oratio.

DEUS, qui beatum Gregorium Confessorem tuum atque Pontificem, fidei defensorem & Apostolicæ sapientiæ ac firmitatis

exemplum in Ecclesia tua constituiti: largire nobis, quæ sumus; ut omnia aduersa pro Nomine tuo gloria humili corde sustinentes, æternitatis gloriam consequamur. Per Dominum.

S. Simeonis Ep. & Mart. Orat.
Infirmiorem. de Com. uni, Martyris.

Die xx. Februarij

S. Franc. Salesij Ep. & Conf.
Oratio.

DEUS, qui ad animarum salutem beatum Franciscum Confessorem tuum atque Pontificem, omnibus omnia factum esse voluisti: concede propitius; ut charitatis tuæ dulcedine perfusi, ei, dirigentibus monitis, ac suffragantibus meritis, æterna gaudia consequamur. Per Dominum.

Die xxi. Februarij.

S. Helladij Ep. & Conf.
Oratio.

DEUS, qui populo tuo æterna salutis beatum Helladium ministrum concessisti: presta quaesumus; ut qui executor mandatorum tuorum extitit in terris; intercessor noster semper esse dignetur in cælis. Per Dñm.

Die xxiii. Februarij.

S. Raymundi de Pennaf. Conf.
Oratio.

DEUS, qui beatum Raymundum Pœnitentiæ Sacramenti insignem ministrum elegisti, & per maris undas

mirabiliter traduxisti: concede: ut eius intercessione dignos penitentia fructus facere, & ad aeterna salutis portum pervenire valeamus. Per Dominum.

Die xxv. Februarij.

S. Walpurgis Virg. Orat. Exaudi nos. de Com. Virg.

Die xxvii Februarij

S. Leandri Ep. & Conf.

Oratio.

DEus, qui Arianam pravitatem beati Leandri Confessoris tui atque Pontificis doctrina & meritis ab Hispania reptulisti: da plebi tuae; ut eius intercessione ab omni errorum ac vitiorum labe semper liberi conservemur. Per Dominum.

FESTA MARTIJ.

Die i. Martij.

S. Rudesindi Ep. & Conf.

Oratio.

Propitiare, quaesumus Domine, nobis famulis tuis per sancti Confessoris tui atque Pontificis Rudesindi merita gloriosa: ut eius pia intercessione ab omnibus semper protegatur adversis. Per Dominum.

Die ii. Martij.

S. Suitherti Ep. & Conf.

Oratio.

Exaudi, quaesumus Domine, preces nostras: & intercedente beato Suitherto Confessore tuo atque Pontifice, supplicationes

nostras placatus intende. Per Dominum.

Die iii. Martij

S. Chmeggundis Imp. & Virg.

Oratio.

DEus, qui beata Chmeggundi Virgini tuae terrena despiciere, & ad caelestis Imperij culmen anhelare tribuisti: concede quaesumus; ut eius imitatione, calcatis mundi illecebris, ad gaudia aeterna securi pervenire valeamus. Per Dominum.

Die iv. Martij.

SS. Lucij & c. Martyrum.

Oratio.

Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui sanctorum tuorum Lucij, Germani, Bonifacij, Firmiani atque Speciosi Natalitia colimus; a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur. Per Dominum.

Die v. Martij.

S. Casimiri Confessoris.

Oratio.

DEus, qui inter regales delicias, & mundi illecebras, sanctum Casimirum virtute constantia roborasti: quaesumus; ut eius intercessione, fideles tui terrena despiciant, & ad caelestia semper aspirent. Per Dominum.

Die vi. Martij

SS. Perpetuae & Felicitatis.
V. Gloria et honore coronasti eas
Dic. Orat. Da nobis... sanctarum
Martyrum Perpetuae. de Co. Virg.

Die vii. Martij.

S. Thomæ de Aquino Conf. & Ecclesie Doctoris.

Oratio.

DEus, qui Ecclesiam tuam beati Thomæ Confessoris tui mira eruditione clarificas, & sancta operatione fecundas: da nobis quasumus, & quæ docuit, intellectu conspiciere; & quæ egit, imitatione complere. Per Dominum.

Die viii. Martij.

S. Veremundi Abb. Orat. Intercessio. de Com. Abbatum.

Die xi. Martij.

S. Vincentij Mart. & Abb.

Oratio.

Preces populi tui, quasumus Domine, clementer exaudi: ut beati Vincentij Martyris tui atque Abbatis meritis adiuuemur; cuius passione letamur. Per Dominum.

Die xiii. Martij.

SS. Ramiri & Sociorum MM.

Orat. Deus, qui nos concedis. de Com. plur. Mart.

Die xviii. Martij.

S. Gabrielis Arch-angeli.

In I. Vesperis S. Iosephi.

V. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

Oratio.

DEus, qui inter ceteros Angelos, ad annunciandum Incarnationis tuae mysterium Gabrielem Archangelum elegisti: concede propitius; ut qui festum

eius celebramus in terris, ipsius patrocinium sentiamus in celis. qui vivis.

INFESTO

S. IOSEPHI NUTRITIJ IESU. ad Vesp. Antiph.

Iacob autem.

Missus est.

Cum esset desponsata.

Ioseph vir eius.

Capitulum.

Vir fidelis multum laudabitur. Et qui custos est Domini sui glorificabitur.

Hymnus.

The Ioseph celebrent.

V. Constituit eum Dominum domus sue. Ad Magnif. Antiph.

Exurgens.

Oratio ut supra f. 19 Martij.

IN II. VESPERIS.

Antiphona

Ibant parentes Iesu.

Cum redirent.

Non inuenientes Ie sum.

Descendit Ie sus cum

eis. Capit. ut sup. in I. Vesp.
V. Gloria et diuitia in domo eius.
Antiph. ad Magnif.

Ecce fidelis seruo.
Deinde fit commemoratio
de sequenti festo

Die xx. Martij.
S. Gertrudis Virg. Brabant.
V. Specie tua et pulchritudine
tua. Orat. Exaudi. de Com.
Virg.

Die xxii. Martij.
S. Nicolai de Flue Eremita
& Confessoris.

Oratio.

Deus, qui beatum Nico-
laum Eremitam An-
gelorum esca mirabi-
liter nutrire, & Sanctissima
Trinitatis visione illustrare
uoluisti: concede, qua sumus,
ut eius intercessione Domi-
nicum Corpus & Sanguine
digne sumere in terris, &
gloriosum conspicereme
reamur in caelis. Per eum-
dem Dominum.

Die xxvii. Martij.

S. Ruperti Ep. & Confessoris
Oratio.

Propitiare, qua sumus Do-
mine, nobis famulis tuis

per sancti Ruperti Confesso-
ris tui atque Pontificis meri-
ta gloriosa: ut eius pia inter-
cessione ab omnibus prote-
gamur aduersis. Per Domi-
num.

Feria vi. post

Dominicam Passionis
Septem Dolorum B.M.V.
V. Ora pro nobis Virgo doloro-
sissima.

Oratio.

Deus, in cuius passione,
secundum Simeonis
prophetiam, dulcissi-
mam animam gloriosa Vir-
ginis & Matris Mariae dolo-
ris gladius pertransiuit: con-
cede propitius; ut qui Trans-
fixionem eius & Passionem ve-
nerando recolimus glorio-
sis meritis & precibus omni-
um Sanctorum Crucifide-
liter astantium interceden-
tibus, Passionis tuae effectum
felicem consequamur. Qui
vixis & regnas.

FESTA APRILIS.

Die iv. Aprilis.

S. Isidori Ep. & Conf. & Doct.
Orat. Deus, qui populo tuo. de
Com. Doct.

Die xiv. Aprilis.

S. Idae Virginis.

Oratio.

Deus, qui beatae Idae Virg-
inis corpori tuorum Vul-
nerum Stigmata igneo
amoris stylo impressisti: pra-
sta qua sumus, eius intercessi-
one, sic nos tuae Passionis

Myſteria in terris contempla-
ri, ut redemptionis præmia
in cælo mereamur. Qui vivis.

Die xvi. Aprilis.

S. Turibij Ep. & Conf.

Oratio.

DEus, qui beati Turibij
doctrina & prædica-
tione Priscilliani hæ-
resim in Hispania extinxi-
ſti: concede propitius; ut ip-
ſo pro nobis intercedente,
quod fideliter credimus, ope-
ribus comprobemus. Per
Dominum.

Die xxi. Aprilis.

S. Anselmi Ep. Conf. & Doct.

Oratio.

ECclesiam tuam, qua sum,
Domine, benignus illu-
stra: ut beati Anselmi
Confessoris tui atque Pontifi-
cis illuminata doctrinis, ad
dona perveniat sempiterna.
Per Dominum.

Die xxiv. Aprilis.

S. Melliti Ep. & Conf.

**Orat. Exaudi, qua sumus, de
Com. Conf. Pont.**

Die xxviii. Aprilis.

S. Hugonis Abbatis.

**Orat. Intercessio. de Com.
Abbatum.**

FESTA MAIJ.

**INFESTO
SS. APOSTOLOR:**

Philippi & Jacobi.

*Si incidat infra Octav. Ascen-
sionis Dni.*

Hymnus.

Triſtes erant Apoſtoli.
In Inventione S. Crucis.

VEx illa Regis procedunt
**Comemor: Dom. infra Octav.
Ascens. Dni.**

Oratio.

OMnipotens sempiter-
ne Deus: fac nos tibi
semper & devotam ge-
rere voluntatem; & majestati
tuæ sincero corde fervire.
Per Dominum.

Die xi. Maij.

S. Majoli Abb.

**Orat. Intercessio. de Com.
Abbatum.**

Die xvi. Maij.

S. Ioannis Nepom. Mart.

Oratio.

DEus, qui ob invictum be-
ati Ioannis Sacramen-
tale sigillum nova Ecclē-
ſiam tuam Martyrij corona
decorasti: da nobis ejus inter-
cessione & exemplo linguam
caute custodire; ac omnia po-
tius mala quam animæ detri-
mentum in hoc seculo tole-
rare. Per Dominum.

Die xxiv. Maij.

S. Bonifacij. IV. P. C.

Oratio.

DEus, qui populo in mul-
tis periculis constituto
beati Bonifacij Confes-
ſoris tui, atque Pontificis mi-
ra vigilantia providisti: con-
cede propitius; ut cujus glo-

riosa merita veneramus; per
eumibus auxiliis muniamur.
Per Dominum.

Die xxv. Maij.

S. Gennadij Ep. & Conf.
Orat. Da quaesumus. de Com.
Conf. Pont.

Die xxvij. Maij.

S. Bedæ Presb. Conf. & Doct.
Oratio.

DEUS, qui Ecclesiam tu-
am beati Bedæ Con-
fessoris, atque Docto-
ris eruditione clarificas;
concede propitiis famulis
tuis, ejus semper illustrari
sapientia, & meritis adjuva-
ri. Per Dominum.

Die xxviii. Maij.

S. Augustini Ep. & Conf.
Orat. Exaudi. de Com. Conf.
Pont.

Alia.

DEUS, qui in gentium cõ-
versione pius beati
Augustini Confessoris
tui, atque Pontificis preces
misericorditer suscepisti:
ejus meritis & intercessione
concede; ut peccata nostra
descentes, indulgentiarum
tuarum munere consolemur.
Per Dominum.

Die xxix. Maij.

S. Gregorij VII. Papa & Conf.
Oratio.

DEUS in te sperantium
fortitudo, qui beatum
Gregorium Confesso-
rem tuum, atque Pontificem
pro tuenda Ecclesia liberta-
te virtute constantia roboras.

sti: da nobis ejus exemplo &
intercessione, omnia adver-
santia fortiter superare. Per
Dominum.

FESTA JUNIJ.

Die i. Junij.

S. Emmeconis Abbatis.
Oratio.

PROPITIARE, quaesumus
Domine, nobis famulis
tuis per sancti Confes-
soris tui Emmeconis meri-
ta gloriosa: ut ejus pia in-
tercessione; ab omnibus
semper protegatur adver-
sis. Per Dominum.

Die vii. Junij.

S. Claudij Episc. & Conf.
Orat. Exaudi. de Commu.
Conf. Pont.

Alia.

OMNIPOTENS sempiter-
ne Deus, qui es Sancto-
rum tuorum splendor
mirabilis, quique hodierna
die beatum Claudium Con-
fessorem tuum, atque Pon-
tificem aeternæ beatitudinis
gloria sublimasti: concede
propitiis; ut, cujus merita
veneramus interris, inter-
cessionis ejus auxilio apud
tuam misericordiam mu-
niamur in caelis. Per Domi-
num.

Die xii. Junij.

S. Leonis III. Papa & Conf.
Oratio.

DEUS, qui beatum Leo-
nem Confessorem tu-
um, atque Pontificem

virtute constantia in exer-
cendo Pastoralis munere con-
tra seculi potestates corro-
borasti: tribue quasumus no-
bis famulis tuis; et ejus apud
te intercessionibus adjuva-
ri, & ab omni hostium im-
pugnatione defendi. Per
Dominum.

Die xvi. Junij.

S. Felicis Martyris.

Oratio.

DEUS tuorum fortitudo
Sanctorum, qui beatū
Felicem illustri Mar-
tyrio honorare dignatus es:
te supplices exoramus; ut ip-
so pro nobis intercedente,
fidem ejus sectemur in ter-
ris, & gloria participes ef-
ficiamur in caelis. Per Do-
minum.

Die xx. Junij.

Comemor. S. Florentinae Virg.

Orat. Exaudi. de Com. Virg.

FESTA JULIJ.

Die iv. Julij.

S. Udalrici Ep. & Conf.

Oratio.

DEUS, qui conspicias,
quia ex nulla nostra
virtute subsistimus,
concede propitius; ut inter-
cessione beati Udalrici
Confessoris tui, atque Pon-
tificis contra omnia adver-
sa muniamur. Per Dominū.

Die vii. Julij.

S. Wilibaldi Ep. & Conf.

Oratio.

DA quasumus, omni po-

tens Deus: ut qui beati Wili-
baldi Confessoris tui, atque
Pontificis solemnia colimus;
ejus apud te intercessionibus
adjuvemur. Per Dominum.

Die viii. Julij.

S. Chilian Ep. & Mart.

**Orat. Infirmis. de
Com. unius Mart.**

Die xiii. Julij.

S. Anacleti Papa & Mart.

**Orat. Deus, qui nos. de Com.
unius Mart.**

Die xiv. Julij.

S. Bonaventurae E.C. & Ec.D.

**Orat. Deus, qui populo. de
Com. Doctor.**

Die xv. Julij.

S. Henrici Imperat. & Conf.

Oratio.

DEUS, qui hodierna die
beatum Henricum
Confessorem tuum e-
terreni culmine Imperij ad
Regnum aeternum transtuli-
sti: te supplices exoramus, ut
sicut illum gratia tua uber-
tate praeventum, illecebras
seculi superare fecisti; ita
nos facias ejus imitatione
mundi hujus blandimen-
ta vitare, & ad te puris men-
tibus pervenire. Per Domi-
num.

Die xvi. Julij.

Com. B.M.V. de Monte Carm.

Oratio.

DEUS, qui Beatissima
semper Virginis &
Genitricis tuae Mariae
singulari titulo Carmeli Or-
dinem decorasti: concede

propitiis; ut, cuius hodie
Commemorationem solem-
ni celebramus officio, ejus
muniti praesidiis ad gaudia
sempiterna pervenire me-
reamur. Qui vivis.

Die xvii. Julij.

S. Leonis IV. Papae & Conf.
Oratio.

Preces populi tui suppli-
cantis, quasumus Do-
mine, propitiis respi-
ce: & intercessione beati
Leonis Confessoris tui, at-
que Pontificis, cuius hodie
solemnia colimus, flagella-
tua iracundia, qua pro pec-
catis nostris meremur, aver-
te. Per Dominum.

Die xx. Julij.

S. Margaritae Virg. & Mart.
Orat. Indulgentiam. de
Com. Virg.

Die xxiv. Julij.

In I. Vesp. S. Iacobi Comemor.
SS. Christinae, Vincentij & c. MM.
X. Exultabunt Sancti in gloria.

Oratio.

Semper nos Domine;
Martyrum tuorum
Christinae, Vincentij,
Antigoni, Basilicae, atque
Eusebij foveat, quasumus,
beata solemnitas; & tuo dig-
nos reddat obsequio. Per
Dominum.

Die xxvii. Julij.

S. Bertholdi Abbatis.

Oratio.

Deus, qui nobis beati
Bertholdi Abbatis
gloriosa merita vir-

44
tutibus & miraculis eviden-
ter declarasti: da nobis ejus
patrocinio, salutem mentis
& corporis; ut ipsius exem-
pla devote sequentes, a ma-
lis omnibus liberati, ad te
pervenire mereamur. Per
Dominum.

Die xxviii. Julij.

SS. Nazarij, Celsi & c. MM.
Oratio.

Sanctorum tuorum nos
Domine, Nazarij, Celsi,
Victoris, & Innocentij
confessio beata communiat:
& fragilitati nostrae subdi-
um dignanter exoret. Per
Dominum.

FESTA AUGUSTI.

Die ix. Augusti.

In I. Vesp. S. Laurentij Comem.
S. Pantaleonis M. Oratio.

Praesta... ut intercedente & c.
de Com. univ. Mart.

In II. Vesp. Comem. S. Affrae M.
Oratio.

Deus, qui inter cetera & c.
de Com. non Virg.

Alia.

Concede misericors De-
us, ut beata Affra, qua mar-
tyrij promeruit palmam,
intercessionibus suis, & presen-
tis vitae nobis remedia confe-
rat, & aeternam salutem. Per
Dominum.

Die xvi. Augusti.

SS. Vincentij & c. MM.

Oratio.

Auxilium tuum nobis Dne,
quasumus, placatus in-

pende: & intercedentibus be-
atis Martyribus tuis, Vincentio,
Peregrino, Crispo, Apollonio
& Vitali, dexteram super nos
tua propitiationis extende.
Per Dominum.

FESTA SEPTEMBRIS

Die ii. Septembris.

S. Nommosi Abb.

Oratio.

DA nobis aeterna conso-
lationis Pater per bea-
ti Nommosi Confessoris
tui preces, pacem & sanita-
tem mentis & corporis: ut tuis
tota dilectione inhareamus
praeceptis; & quae tibi placita
sunt, tota virtute perficiamus.
Per Dominum.

Die iii. Septembris.

S. Rosaliae Virg.

Oratio.

EXaudi nos Deus salu-
tarius noster: ut sicut
de beata Rosalia fe-
stivitate gaudemus; ita pia
devotionis erudiamur affe-
ctu, & eius intercessione ab
iracundia tua flagellis mi-
sericorditer liberemur: Per
Dominum.

Die iv. Septembris.

S. Rosa Virg.

Oratio.

Bonorum omnium Lar-
gitor, omnipotens Deus,
qui beatam Rosam cae-
lestis gratia rore praeven-
tam, Virginitatis, & patien-
tia decore Indis florescere
voluisti: da nobis famulis tuis;

ut in odorem suavitatis eius
currentes, Christi bonus o-
dor effici mereamur. Qui
tecum vivit.

Die v. Septembris.

S. Stephani Conf.

Oratio.

Concede, quaesumus, Ec-
clesia tua omnipotens
Deus: ut beatum Steph-
anum Confessorem tuum, quae
regnantem in terris propaga-
torem habuit; propugnatorae
habere mereatur gloriosum
in caelis. Per Dominum.

Die vi. Septembris.

S. Magni Abb.

*Orat. Intercessio. de Comu.
Abb.*

Alia.

Deus, qui beati Magni
Abbatis praedicatione
ac virtutum merita co-
piosa miraculorum gratia
comprobasti: quaesumus, ut
cum plebe tua, quae per eum
fidei sacramenta percepit;
aeternae vitae praemia conse-
quamur. Per Dominum.

SS. Nominis B. V. Mariae.

Oratio.

Concede, quaesumus,
omnipotens Deus: ut
fideles tui, qui sub san-
ctissima Virginis Mariae No-
mine, & protectione latan-
tur; eius pia intercessione a
cunctis malis liberentur in
terris, & ad gaudia aeterna
pervenire mereantur in
caelis. Per Dominum.

Die xxiv. Septembris.

B.M.V. de Mercede.

Oratio.

DEUS, qui per gloriosis-
simam Filij tui Matrē
ad liberandos Christi
fideles à potestate Paganor-
um nova Ecclesiam tuam
prole amplificare dignatus
es: præsta quaesumus, ut quā
pie veneramur tanti operis
Institutricem; ejus pariter
meritis, & intercessione à pec-
catis omnibus, & captivitate
dæmonis liberemur. Per
eundem Dominum.

Die xxv. Septembris.

S. Columbæ Virg. & Mart.

Oratio.

OMnipotens sempit-
erne Deus, qui in-
firma mundi eligis
ut fortia quaque confundas:
concede propitiis; ut, qui
beata Columbæ Virginis,
& Martyris tuæ solennia co-
limus, ejus apud te patrocini-
a sentiamus. Per Domi-
num.

Die xxvi. Septembris.

S. Gerardi Ep. & Mart.

**Orat. Infirmis de Com-
muni Mart.**

Alia.

DEUS, qui beati Gerardi
Sacerdotis sacras pere-
grinationes, ac verbi tui
præconia gloriosā Martyrij
palma cumulasti: præsta,
quaesumus; ut per ejus vesti-
gia gradientes, post mortali-
s vitæ cursum ad caelestem

patriam perducamur. Per
Dominum.

Die xxvii. Septembris.

SS. Epicharidis & Mart.

Oratio.

PRæsta, Domine, precibus
nostris cum exultatione
proventum: ut sanctorum
Martyrum Epicharidis, Sal-
lustia, utriusque Theoduli,
Litantis, & Primenij, quorum
diem passionis annua devo-
tione recolimus; etiam fidei
constantiam subsequamur.
Per Dominum.

FESTA OCTOBRIS.

SS. Rosarij B.V. Mariæ.

Oratio.

DEUS, cujus unigenitus
per Vitam, Mortem, &
Resurrectionem suam
nobis salutis æternæ præmia
comparavit: concede, qua-
esumus; ut hæc Mysteria san-
ctissimo beata Mariæ Virgi-
nis Rosario recolentes, & im-
itemur, quod continent, &
quod promittunt, assequamur.
Per eundem Dominum.

Die ii. Octobris.

S. Leodegarij Ep. & Mart.

**Orat. Deus, qui nos. de Com-
muni Mart.**

Alia.

DEUS, qui pro singulari
veritatis testimonio be-
atum Leodegarium
Pontificem tuum triumphali
Martyrij palma coronasti:
ejus meritis, & intercessione
concede; ut in spiritu verita-

ris perseverare valeamus.
Per Dominum... in unitate
ejusdem.

Die v. Octobris.

S. Placidi & Sociorum. MM.

Oratio.

DEus, qui beatum Placi-
dum in aquis pene de-
mersum mirabiliter
eripuisti, ut fidem inde, qua
cum pluribus sociis coram
persecutoribus confessus est,
proprio sanguine confirma-
ret: ipsorum nobis interces-
sione concede; ut animas
nostras propter te perdere
non timentes, eas apud te fe-
liciter invenire mereamur.
Per Dominum.

Die vii. Octobris.

S. Iustinae Virg. & Mart.

Oratio.

DEus, qui nos annua beata
Iustinae Virginis & Mar-
tyristuae solemnitate la-
tificas: da, ut quam veneramus
officio; etiam pia conversati-
onis sequamur exemplo. Per
Dominum.

Commem. S. Marci P. & C.

Oratio.

EXaudi, Domine, preces
nostras: & intervenien-
te beato Marco Confes-
sore tuo, atque Pontifice; in-
dulgentiam nobis tribue pla-
catus, & pacem.

Et SS. Sergii, Bachi & c.

Oratio.

Sanctorum Martyrum
tuorum Domine, Sergii,
Bachi, Marcelli, & Apu-

leij beata merita profectuan-
tur: & tuo semper faciant a-
more ferventes. Per Dnm.

Die viii. Octobris.

S. Birgitta Viduae.

Oratio.

Domine Deus noster, qui
beata Birgitta per Fili-
um tuum Unigenitum
secreta caelestia revelasti:
ipsius pia intercessione da no-
bis famulis tuis; in revelatione
sempiternae gloriae tuae gaude-
re latantes. Per eundem Do-
minum.

FESTUM

SAC. RELIQUIARVM.

Ad Vesp. Antiph.

Corpora Sanctorum.

Fulgebunt iusti.

Sanctorum velut aquila.


Absterget Deus.

Capitulum.

Iustorum animae in ma-
nu Dei sunt, & non tan-
get illos tormentum mor-
tis. Visi sunt oculis infi-
pientium mori: illi au-
tem sunt in pace.

Hymnus.

Christe redemptor



om nium.
Ad Magnif. Antiph.

Gaudent in caelis.

Oratio.


Propitiare, quaesumus,
Domine, nobis famu-
lis tuis, per Sanctorum
tuorum, quorum hic habentur
Reliquia, & patrocinia
veneramus, merita glori-
osa: ut eorum pia interces-
sione, ab omnibus semper
protegamur adversis. Per
Dominum.

IN II. VESPERIS

Ant. Cap. & Hym. ut supra

Ad Magnif. Antiph.

O quam gloriosum



est regnum.

IN EODEM

Ut in Breviario novo.

In I. Vesp. Antiph.

*Omnes Sancti. cum reliquis
de Comm. plur. MM.*


Capitulum.

Spiritus eius, qui su-
scitavit Iesum a mor-
tuis, habitat in vobis;
qui suscitavit Iesum
Christum a mortuis,
vivificavit & morta-
lia corpora vestra, propter

inhabitante in Spiritum ejus
in vobis.

Hymnus.

Adeste sancti,



plurimo.

Ad Magnif. Antiph.

Istorum est enim. &c.

Oratio.

Deus, qui hanc sacrosan-
ctam Ecclesiam tot vo-
luisse Sanctorum de-
corari Reliquiis: auge in
nobis resurrectionis fidem;
& fac nos immortalis gloriae
participes, cuius in eorum
cineribus Pignora venera-
mur. Per Dominum.

In II. Vesp. Antiph.

*Isti sunt Sancti. de Comm.
Cap. Hym. & Orat. ut supra.*

Ad Magnif. Antiph.

Gaudent in caelis. &c.

Die xiii. Octobris.

S. Eduardi Conf.

Oratio.

Deus, qui beatum Re-
gem Eduardum Con-
fessorem tuum a ter-
nitatis gloria coronasti:
fac nos, quaesumus, ita enim
venerari in terris; ut cum
eo regnare possimus in
caelis. Per Dominum.

Die xv. Octobris.

Commem. S. Brunonis E. & M.

Orat. Infirmiorem.

Item S. Theclae Virg.

Oratio.

DEUS, qui nos annua
beata Thecla Virg-
inis tua solemnita-
te laetificas: da, ut quam ve-
neramur officio; etiam pia
conversationis sequamur
exemplo. Per Dominum.

*Utriusque sub una Oratione
ut in Breviario novo.*

Oratio.

CONcede, quaesumus, om-
nipotens Deus: ut ad
meliolem vitam San-
ctorum tuorum exempla
nos provocent; quatenus
quorum solemnita colimus,
etiam actus imitemur. Per
Dominum.

Die xvi. Octobris.

S. Galli Abbatis.

*Orat. Intercessio. de Comm.
Abb.*

Die xxi. Octobris.

*SS. Ursula & Sociarum VV. & MM.
Orat. Da nobis, quaesumus,
de Comm. Virg. unacum X.
Adducentur.*

Comem. S. Hilarionis Abb.

*Orat. Intercessio. de Comm.
Abb.*

In Officio Mensili

SS. P. N. Benedicti.

*V. Amavit eum Dominus, et or-
navit eum.*

Oratio.

EXcita Domine in Eccle-
sia tua Spiritum, cui
beatus Pater Benedi-
ctus Abbas servivit: ut eode
nos repleti, studeamus am-
are, quod amavit; & opere
exercere, quod docuit.

Per Dominum..ejusdem.

S. Scholastica Virg.

*V. Quae est ista, quae, ut nubes, volat
Oratio.*

DEUS, qui animam beata
Virginis tuae Scholasticae
ad ostendendam inno-
centiam viam, in columbae spe-
cie caelum penetrare fecisti:
da nobis ejus meritis, & pre-
cibus ita innocenter vivere;
ut ad aeterna mereamur gau-
dia pervenire. Per Dñm.

FESTA NOVEMBRIS.

Die xii. Novembris.

S. Emiliani Abbatis.

*Orat. Intercessio. de Comuni
Abb.*

Die xxvii. Novembris.

S. Silvestri Abbatis.

*Orat. Intercessio. de Comuni
Abb.*

FESTA DECEMBRIS.

Die i. Decembris.

S. Gregorij Thav. E. C.

*Orat. Da quaesumus. de Com.
Conf. Pont.*

Die iv. Decembris.

S. Barbarae Virg. & Mart.

*Orat. Deus, qui inter cetera.
de Comm. Virg.*

Alia.

DEUS virginitatis ama-
tor, qui ad declaranda
merita beatae Barbarae
Virginis & Martyris tuae, po-
pulo ipsam digne invocanti,
misericordiam promissisti:
ipsius nobis intercessione
concede; ut hostium super-

atis infidiis, æterna vitæ præ-
mia consequamur. Per Do-
minum.

Die vi. Decembris.

S. Nicolai Ep. & Conf.

Oratio.

DEUS, qui beatum Nico-
laum Pontificem in-
numeris decorasti mi-
raculis: tribue, quæsumus;
ut ejus meritis, & precibus à
gehennæ incendiis libere-
mur. Per Dominum.

FESTA IANUARIJ.

**FESTUM
SS. NOMINIS IESU.**

Ad Vesp. Antiph.

Omnis qui invocave-
rit.

Sanctum & terri-
bile.

Ego autem.

Asolis ortu.

Capitulum.

FRATRES: Christus humi-
liavit semetipsum, factus
obediens usque ad mor-
tem, mortem autem Crucis.
propter quod & Deus exal-
tavit illum, & donavit illi No-
men, quod est super omne

nomen: ut in Nomine Iesu
omne genu flectatur.

Hymnus.

Iesu dulcis memoria.

**& Sit. Nomen Domini benedictum
alleluja. Ad Magnif. Antiph.**

Fecit mihi.

Oratio.

DEUS, qui Unigenitum
Filium tuum constitu-
isti humani generis
Salvatorem, & Iesum vocari
jussisti: concede propitius;
ut cujus sanctum Nomen ve-
neramur in terris, ejus quo-
que aspectu perfructamur in
caelis. Per eundem Dñm.

*In II. Vesp. omnia ut in I. Vesp.
Ad Magnif. Antiph.*

Vocabis.

Die xvii. Januarij.

S. Antonij Abb.

**Orat. Intercessio. de Comm.
Abb.**

Die xix. Januarij.

S. Patli Eremitæ.

**Orat. Deus, qui nos. de Com.
Conf. non Pont.**

Die xx. Januarij.

SS. Fabiani & Sebastiani MM.

Oratio.

Infirmitatem nostram re-
spice, omnipotens Deus: &
quia pondus propriæ acti-
onis gravat; beatorum Mar-
tyrum tuorum Fabiani &

Sebastiani intercessio glori-
osa nos protegat. Per Dñm.

Die xxiii. Januarij.

S. Ildephonsi Ep. & Conf.
Orat. ut supra ab initio Supple.

Die xxxi. Januarij.

S. Petri Nolasci Conf.

Oratio.

DEUS, qui in tua charita-
tis exemplum, ad fide-
lium redemptionem,
sanctum Petrum Confesso-
rem Ecclesiam tuam nova pro-
le facundare divinitus docu-
isti: ipsius nobis intercessione
concede; a peccati servitute
solutis, in caelesti patria per-
petua libertate gaudere. Qui
vivas & regnas.

Die xii. Februarij.

Desponsationis B. M. V.

Oratio.

FAMULIS tuis, quaesumus
Domine, caelestis gratia
munus impertire: ut, qui-
bus beatae Virginis Partus ex-
titit salutis exordium; Despo-
sationis ejus votiva solemnitas
pacis tribuat incremen-
tum. Per Dominum.

Die xx. Martij.

S. Gertrudis Virg. Brab.
ut in novo Brev.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiternae
Deus castorum corpo-
rum ac mentium con-
servator, & custos piis Eccle-
siae tuae precibus adesse dig-
nare: & intercedente beata

Gertrude Virgine tua, men-
tibus nostris pius illabere;
& spiritualis vitae nobis tri-
bue puritatem. Per Dñm.

Die xx. Augusti.

S. Bernardi Abb.

Orat. Intercessio. de Comm.
Abb.

Die xxi. Augusti.

S. Bernardi Ptolomaei.

Oratio.

DEUS, qui beatum Bernar-
dum novum Anachore-
ticae vitae genus in Eccle-
siae tuae exordium voluisti: con-
cede, quaesumus, ut, ejus vesti-
giis insistentes, aeternae vitae
praemia consequi mereamur.
Per Dominum.